

'Αξιωματικόν & α.

1. τὰ λεξικά.

1. Nomina urbium Moabitarum. 2. Idolum eorum Chamos. 3. Similitudo à vino non transfuso. 4. Metaphora Cornu. 5. Simile ab ebriis. 6. Moabitæ vitula trima. 7. Ira DEI tuba perstrepsens. 8. Moabitæ vas inutile. 9. Babylonius Aquila. 10. Calamitates maximè principales, terror, fovea, laqueus. 11. Bellatores filii strepitus.

2. τὰ γνωμικά.

Memoriâ digni sunt vs. 10. 28. 44. 47.

3. τὰ δημηγορικά.

Tres conciones requirit hujus capituli explanatio: 1. habeatur exprimâ ejus parte. 2. ex primo & secundo Amplificationis loco partis secundæ. 3. ex tertio Amplificationis loco, tertiâque capituli parte. Similitudo à parturientibus pertinet ad Dom. Jubilate. vs. ultimus ad pertinet festum Pentecostes.

CAPUT XLIX.

Continuatio & Argumentum.

IN præcedente capite actum est de Judiciis Moabitarum, sic enim habet capituli conclusio: In hoc capite Propheta à Moabitis se convertit ad alias gentes populo DEI infensas, eisque pariter iusta DEI iudicia denunciat.

Est igitur & hoc caput *εὐφρηστικόν & ἀπειλητικόν.**Partitio capituli.*

Propheta ipse caput istud distribuit in quinque partes pro quinque gentium numero, quibus pœnas fatales indicit, & quidem in 1. Ammonitis usque ad vs. 7. In 2. Edomitis usque ad vs. 23. In 3. Damascus inde usque ad vs. 29. In 4. Kedarenis, usque ad vs. 34. In 5. denique Elamitis sive Persis. Quænam hæ gentes fuerint singulæ, in singularum partium explicatione *ὡς ἐν εὐφρηστικῷ* præmonstrabitur.

Explicatio 1. Partis.

De Ammonitis.

AMMONITÆ orti sunt à filio Lothi altero ex filia ipsius natus minore, qui alter Lothi filius dicitur Ammon i. e. multitudo popularum
Gen. 19,